

CHRISTI
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27. IMPP.
MARCIANI 2.

LV.
Concilium Chalcedonen-
se.

Hoc igitur anno, iisdem Consulibus Marciano atque Adelphio indictione quarta, mense Octobris, Chalcedone convenit ad Synodum œcumenicam celebrandam ingens numerus Episcoporum. Quotnam autem fuerint, diversæ reperiuntur sententiæ: etenim Marcellinus in Chronico, sexcentos triginta eidem sacro Concilio præsentibus fuisse, testatur: sed amplius addit Nicephorus (a), nempe duplicatum illum fuisse numerum eorum qui Synodo interfuerat Nicænæ, videlicet sexcentos triginta omnes fuisse; sed triginta tantum super sexcentos numerat Liberatus Diaconus (b): id ipsum Phorius (c), ac demum reliqui ferme omnes hoc secuti scripserunt. Verum S. Leo in epistola ad Episcopos Galliarum, (d) hæc de numero: Non enim (inquit) ultra cuiquam excusationis refugium de ignorantia & inscientia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur, cum hæc ipsa sexcentorum ferme fratrum Coepiscoporumque nostrorum Synodus congregata, &c. Unde cum in prima ejusdem Concilii Actione nonnisi trecenti quadragintaquinque Episcopi scripti legantur; immo nonnisi trecentorum Episcoporum numerum subduxerit, qui eadem Acta edidit: dimidiam ferme partem in Actis, quæ extant, desiderari certum est.

(a) Niceph.
1. 15. cap. 12.

(b) Liberat.
in Breviar.
c. 13. tit. 2.
Concil.
(c) Phorius
de septem
Concil. c. 4.
extant 10.
3. Concil.
(d) Leo
epist. 52.

LVI.

Quod autem ad locum spectat, haud intra moenia Chalcedonenſis civitatis collectum est, sed in suburbis, in amplissima basilica sanctæ martyris Euphemie, quæ ab Evagrius graphice his describitur verbis (e): Abest autem hoc templum a Bosphoro amplius duobus stadiis, situm in loco quodam amœno, qui adeo paulatim erigitur in acclivitatem, uti ascensus perfaciles, minimeque molestos præbeat ad templum martyris accedentibus, qui quidem videntur sibi repente in sublime sublatis, atque adeo intra ipsum templi Sanctuarium versari: unde tanquam et specula oculos deficientes, campos omnes substratos cernunt, eosque in æquabilem & patentem planiciem porrectos, herba quidem videntes, omnes segetibus, arboribus cujusque generis pulchre ad aspectum vestitos: quin etiam montes asperos sicut erectos, in altitudinem levatos, incurvatosque; diversos præterea pelagos, partim præ tranquillitate purpureum colorem præferentes, &

(e) Evagrius
1. 2. c. 3.
Situs &
aspectus
Basilicæ
S. Euphe-
mie.

PAGIUS

Chunos tamen eo constat victos fuisse, quod amissa præstanti fiducia, qui supervierant, ad propria revertentur.

XXVII.
Varia fuerunt
versio-
nes Conc.
Chalced.
hujusque
varius or-
do.

A num. LV. ad LXXXIX. Synodus Chalcedonenſis VIII. Idus Octob. inchoata Kalendis Novembriſ absolute est. Quo tempore habita sunt Actiones XVII. secundum Baronium, vel XVIII. secundum alios, XV. secundum Liberatum in Breviario, & secundum Acta, quæ nunc habemus XVI. Baluzius in præfat. ad Acta Con-

placide & quiete cum ipsis ludentes littoribus, quibus adjacentes agri a tempestatibus vacui sunt; partim turbulentos & vastis furentes fluctibus, unde umbilici alga & minutiores pisciculi ex testaceorum genere reciproco undarum impetu excutuntur. Porro autem illud templum e regione Constantinopolis positum est, adeo ut talis & tam egregia urbis aspectus illi permultum splendoris afferat.

Hoc templum constat ex tribus amplissimis edificiis: unum libero celo patens, atrio oblongo, & columnis undique concinne exornatum: alterum deinceps latitudine, longitudineque paribus eidem columnis priori simile, fastigio supposito solummodo dissimile: ad cujus latus versus Aquilonem est alterum edificium ductum in gyrum, quod spectat ad Solis ortum, ipsumque ad formam testudinis, columnis valde artificiose fabricatis ex eadem confectis materia, magnitudine eadem intus in orbem tornatum. Super his tabulatum est sublime, eodem opertum tecto in quo liberum est cuique preces martyri fundere, & sacris interesse mysteriis. Intra testudinem ad Orientem est Sacrarium decore constructum, in quo sanctissime martyris reliquia in capsâ bene longa (quam propterea quidam *μακρὰν*, id est, longam, proprio nomine appellant) ex argento valde scienter confecta, condita reponuntur.

LVII.
Structura
Basilicæ S.
Euphe-
mie.

Miracula autem, quæ ab ista sanctissima martyre quibusdam temporibus eduntur nemini Christiano obscura sunt. Nam sæpe numero aut Episcopis qui ordine illius urbis Ecclesiam rexerant, secundum quietem ipsa martyr apparens, aut aliis quibusdam ob piam vitæ rationem nobilitatis accedens, jubet ut in ipso templo festum deliciis & opiparis epulis celebrent, sacram scilicet Eucharistiam sumendo, Deumque laudando. Quod ubi significatum est Imperatoribus, Pontifici, & toti civitati; ad templum accedunt omnes, tam quæ Republica clavum tenent, quam sacerdotes, magistratus, ac reliqua universa multitudo, quo efficiantur mysteriorum participes. Deinde omnibus his inspectantibus, Episcopus Constantinopolitanus una cum suis sacerdotibus Sacrarium, in quo sanctissimum martyris corpus, de quo supra dixi, reconditum est, ingreditur. Est in ipsa capsâ ad levam veluti trans-

LVIII.
Miracula
ex reli-
quiis S.
Euphe-
mie.

cilii Chalced. ubi docte differit de variis hujus Concilii versionibus, num. XIII. & seq. ostendit, veterem interpretationem, de qua mox, prorsus congruere cum his, quæ de isto Concilio refert Evagrius, & in hoc diversam fuisse ab hodierna vulgata, quod statim post Actionem primam sequebatur Actio, in qua depositus est Dioscorus, quæ nunc est III. & quod post Actionem VI. in septima nimirum, descriperant canones XXVII. qui nunc in Actione XV. con-